



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Tutela.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

dam in foro exteriori. cap. 17. num. 4.

TRIBVTVM, vide vectigal.

TRIEMIS. Remigantes in triremibus Turcarum contra Christianos, etiam si id faciant metu mortis, peccant mort. non tamen incurrunt octauam excommunicationem bullæ cœnæ. cap. 27. num. 63. vide tit. Excommunicatio. V l. §. r.

TUTELA. Tutor est, qui præficitur pupillo, minori duodecim annorū, si est femina: & quatuordecim, si est vir; ad protegendā eius personā & bona. Curator præficitur minori viginti quinque annorum: & etiam furioso, vel prodigo in administrandis eius bonis: & vterque debet iurare se rectè functuros suo officio. c. 25. num. 66.

Peccat tutor non conseruans & defendens bona pupilli, & qui bona infructifera non conuertit in bona fructifera, cum obligatione restituendi, & qui notabiliter est negligens circa bona pupilli educationem in moribus. ibid.

Et qui dedit bona pupilli ad lucrum iniustum cum obligatione restituendi, si pupillus non restituerit: potest tamen secretò accipere ex bonis pupilli. num. 6. & 7.

Mulier post secundas nuptias, vel post stuprum fungens tutela, peccat. ibidem.

TYRAN